

ARITHMETICES

864 per 4 diuisa, dico, 4 in 8 habeo bis, duo igitur ad Quotientem scribo, & cum diuisore multiplico, productum à suprascripto subtraho, & manet nihil, hoc modo:

$$\begin{array}{r} 864 \\ \underline{4} \\ 48 \\ \underline{48} \\ 0 \end{array} \quad (2)$$

Deleo igitur Diuisorem, & ad secundum seu proximum locum transfero, eodem agens modo, idq₃ donec ad finem fuerit ventum, vt 4 in 6 habeo semel, vnitatem ad Quotientem colloco, & cum Diuisore multiplico, & manent 4, quæ à 6 subtraho, remanent 2, quæ suprascribo.

$$\begin{array}{r} 2 \\ 864 \\ \underline{4} \\ 48 \\ \underline{48} \\ 0 \end{array} \quad (21)$$

Promoto diuisore, dico, 4 in 24 habeo sexies, quæ ad Quotientem repono, & cum diuisore multiplico, fiunt 24, quæ à suprascriptis subtraho, nihil remanet, & absolutum est exemplum, hoc modo:

$$\begin{array}{r} 2 \\ 864 \\ \underline{4} \\ 48 \\ \underline{48} \\ 0 \end{array} \quad (216)$$

Eadem ratione est agendum, si duo vel tres fuerint diuisores, vt 986 per 42, dico, 4 in 9 habeo